



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Receptatores.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

*sess. 6. c. 1. & sess. 23. & capitu. 1. de reform.*

Quartò, an quis possit parumper abesse à beneficiis requirentibus residentiam? Respondetur ex Arch. & Gem: *inc. licet canon, §. is etiam, ver: quæro quomodo*, quod non debet amare sumi, ut nunquam recedat ab Ecclesia, sed debet intelligi civiliter, quod Theologi solent dicere, non in rigore mathematico, sed moraliter: hinc non satis bene faciunt quidam Ordinarii, præcipientes parochis, vel canonicis, sub pena excommunicationis lata sententiæ, ut non discedant per diem à sua residentia, faciunt quæ dixi *in 1. p. in ver: edita, §. 2. ver: 19. & in ver: privatio, §. 4. ver: secundum dubium*: nisi hoc Ordinarii facerent ex aliqua causa urgentissima, sed in casu absentia fiat provisio, ne cura animarum aliquod præiatur detrimentum, Sac. Con. Trid. *sess. 23. c. 1. §. quoniam, de refor.*

#### RECEPTORES.

**R**eceptores bannitorum, & homicidarum, incurrunt pœnas, de quibus Pius V. *Bul. 15. quæ incipit, Indefessi, & alia 13. quæ incipit, Ex superna, & alia 16. quæ incipit, Cùm nos super.*

#### REVELARI.

**P**rimò, qui scit occultè, non tenetur revelare, nec prælato publicè, sicut notatur de testibus synodalibus, *c. Episcopus in Synodo, 35. qu. 6.* sed solùm ad aures prælati, ut corrigat occultè, Addit.

*in Host: de sen. exc. §. nedum, lit. C.* si autem scit alios testes, & potest illud probare, non sufficit hoc revelare prælato occultè, sed publicè deponere debet, *Add. loc: cit.*

Revelationes excommunicationis non debet concedere Episcopus parti læsæ, vel damnum passo, quando pars læsa, vel damnum passus, vellet agere ad pœnam sanguinis, vel iustitia mediante, vel propria auctoritate, *Addit. loc: cit: n. 5. in fine.*

Secundò, fit monitorium, ut omnes, qui sciunt tale, vel tale, vel bona subtracta, debeant revelare, an omnes scientes teneantur sub illius excommunicationis pœna revelare?

Respondetur, quòd cum regula sit, quòd qui non potest probare id, quod vult revelare, non teneatur revelare: hinc fit, quòd medici, advocati, procuratores, consultores, consilarii, non teneantur ea revelare, quæ sibi fuerunt communicata clanculò, nisi aliunde id sciant. *Navar. conf: 16. de pœnit. & remiss: & in Manual: cap: 25. nu: 42.* hoc tamen fallit in multis casibus, prout dictum est *in ver: testes, §. 25.* nimirum in crimine hæresis vel prodicionis civitatis, vel in re perniciofa multis personis, vel universitati, *Syman. de Cathol: instit: tit: 4. à num: 31. & dixi in pract: mea pœnit: c. 20. q. 1.*

Tertid, an, & quando quis teneatur respondere interrogationibus vel positionibus sibi factis à iudice, vide, & distingue cum gloss. *in cap: 2. in ver: absque rationabili, de confess: lib: 6. & Gem. ibi, ver: conclusio,*

R E.